

Emendationes

et

explicationes Aeschyleas

scripsit

Carolus Fridericus Naegelsbach.

DV copy 188 55

1106 346

Emendationes
et
explicationes Aeschyleas
scripsit

Carolus Fridericus Naegelsbach.

Verissime dixit Rob. Engerus, Aeschyli codices meliores, imprimis Medicum, quamvis sint corruptissimi, non tamen esse interpolatos conjecturis. Hinc nobis haec nascitur emendandi lex, ut emendationes nostras, quoad ejus per sermonis naturam sententiarumque vim fieri potest, ad eas quae sunt in libris scripturas accommodemus. Non quo probanda sit superstitio Clausenii, qui dum librorum apicibus inhaeret, ex critico timidissimo audacissimus evasit interpret. At contrariam viam ingressos esse plerosque qui hac aetate in emendando Aeschylo versati sint, quum sciant omnes nihil attinet demonstrare. Ego periculum faciens si quid utrumque scopulum fugiens possem in emendando poeta proficere, ex iis locis qui sunt in Choephoris vexatissimi, delegi nonnullos, in quibus demonstrarem, posse non nunquam lenioribus quam quae ceteris placuerunt remediis ad verborum aut non corruptorum intelligentiam aut corruptorum restitutionem perveniri. Quae scripsi, veri mihi quidem videntur non dissimilia; vera esse non tam impudens sum ut in tanta rei difficultate ausim asseverare; hoc puto fieri posse ut nonnulla mea aliorum assensu firmata veritatis robor acquirant. Refutare autem aliorum sententias raro institui, non quod abhorreat prorsus contentionibus animus,

sed quum brevitatis studio tum quia veris, si quidem vera sint, falsa rectissime coarguuntur.

1. Choeph. 61—65 *Dind.*

ῥοπή δ' ἐπισκοπεῖ δικαίως
ταχεῖα τοὺς μὲν ἐν φάει,
τὰ δ' ἐν μεταίχμιῳ σκότου
μένει χρονίζοντ' ἄχῃ βρούει·
τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ.

Loci hujus obscurissimi explicationem diu est quum repetendam arbitrabar ex natura poenae, quae Graecis aut repraesentari aut differri idque aut ad exitum vitae aut post mortem etiam videbatur; cf. Theol. meam posthom. p. 32 sqq. Nunc Jonghium Batavum editorem in eadem esse sententia intellexi, sed aliter atque ille judico de verbis ipsis. Et prima quidem sententiae pars satis aperta, esse homines, quos subitum poenae discrimen opprimat ἐν φάει, in ipsa luce vitae; nam hanc esse hujus voluntatem vocis apparet ex Eurip. Electr. 1144 (Kirchhoff.) νυμφεύσῃ δὲ κὰν Αἰδου δόμοις ὧπερ ξυνηῦδες ἐν φάει. Difficiliora sunt quae sequuntur. Nam verba (τὰ δ' ἐν μεταίχμιῳ σκότου) μένει χρονίζοντ' ἄχῃ βρούει una redundant syllaba, id quod antistrophicus arguit (52): δνόφοι καλύπτουσι δόμους. Ejecta Hermannus voce βρούει scripsit ἀτυχή habuitque μένει pro verbo: alii inter lucem et tenebras infelices morantur (infelix exsilio Orestes). Probavit hoc Prienius in Mus. Rh. N. F. 6. p. 574. *) Mihi vitiosum videtur ἄχῃ; in hoc alii aliter laborant libri, qui βρούει integrum conservant ad unum omnes. Quodsi scribemus: μένει χρονίζοντα βρούει, haec nascitur commodissima sententia: alia vero mala diu cessantia in tenebrarum et lucis confiniis impetu

*) M. Schmidt apud Mützellium VIII p. 334. μένει χρονίζοντα λάχῃ, quod non ex omni parte intelligo.

scaturiunt. Nam primum τὰ δὲ intelligimus mala poenarum; haec enim sola recte dicuntur χρονίζειν recteque ad ῥοπήν δίκας ταχεῖαν referuntur contrarie, eorumque significandorum causa inutile illud ἄχη ascriptum videtur pro glossa. Deinde βρούει non potest retineri, quin μένει datus sit, non is quidem infrequens Aeschilo; S. Theb. 393. βοῶ παρ' ὄχθαις ποταμίαις μάχης ἐρῶν, ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων μένει, qui locus multorum conjecturis tentatus (cf. M. Rh. 11, 2. p. 305) sannissimus est, dummodo μένει intelligatur de bellatoris equi ferocia frena cum anhelitu spirituque mandentis. Eum. 651. τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω στρέφωμ τιθήσι (Ζεὺς), οὐδὲν ἀσθμαίνων μένει, non ab impetu ac studio anhelans, i. e. ῥεῖα; cui contrarium est, quod habet Hesiod. Scut. 394. παντὶ μένει σπείδων. Denique σκοτόν μεταίχιμον nemo dubitat quin sit μεταίχιμον σκοτόν καὶ φάους; cf. Aristoph. Av. 187. ἐν μέσφ δήπουθεν ἀήρ ἐστι γῆς· adjice: καὶ οὐρανοῦ; cf. Doed. comm. de brachyl. (Reden und Aufsätze II p. 195). Hoc autem lucis tenebrarumque confinium intelligitur exitus et quasi extremus actus vitae. Jam qui quae adhuc legimus ad poenarum diversa tempora retulerit, is ne quae sequuntur quidem: τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νύξ (sic enim scriptum in libris est) a poenae significando tempore putabit aliena, sed complendae sententiae causa cogitabit: quum venit, ῥοπή δίκας; hoc est: alios quum puniuntur cohibet nox i. e. Orcus, qui φάει contrarius est. Hermannus, qui non tria poenarum tempora discriminat, sed tria genera miserorum, quorum Aegisthus et Clytaemnestra miseri sint ob imminentem poenam, Orestes propter exilium, Agamemno propter interitum, minus consideravit, quod mihi videtur esse gravissimum, orationis membra tria sic esse nexa inter se atque implicita contrariis, ut alterum ac tertium membrum non possit nisi aegerrime revelli ab illa ῥοπή δίκας, cujus quomodo triplex sit modus puniendi, patefacit poeticus sermo ad vulgarem revocatus: ῥοπή δίκης τοὺς μὲν ἐν φάει ἐπισκοπεῖ, ὅταν ἦ ταχεῖα, τοὺς δ' ἐν μεταίχιμῳ σκοτόν, ὅταν χρονίζῃ· τοὺς δ' ἐπισκοπεῖ καὶ ἀποθανόντας.

2. Epodus 75–83. in Mediceo scriptus in hunc modum est:

ἔμοι δ', — ἀνάγκαν γὰρ ἀυφίπτολιν
 θεοὶ προσήνεγκαν· ἐκ γὰρ οἴκων
 πατρῶων δούλιον ἰσαῖον αἴσαν —
 δίκαια καὶ μὴ δίκαια *)
 πρόποντ' ἀρχὰς βίου
 βία φερομένων αἰνέσαι πικρῶν φρενῶν
 στύγος κρατούσῃ· κ. τ. λ.

Seposita interim parenthesi verba ea, in quibus ipsa sedes est sententiae; primo separata a ceteris videamus. Ea naturali collocata ordine haec sunt: δίκαια καὶ μὴ δίκαια πρόποντα (ἔστιν) ἔμοι αἰνέσαι ἀρχὰς βίου. In his verbum πρόπειν personaliter, ut ajunt, positum, sicut in Soph. Electr. 1235 (1254): δ πᾶς ἂν πρόπει παρῶν ἐννέπειν τάδε δίκαια χρόνος, ubi conferendus Wunderus est; vide etiam Herm. ad Ag. 1355. Deinde ἀρχαὶ βίου domini sunt vitae; nam loquuntur Trojanae mulieres captivae, quarum tota nunc vita obnoxia dominis est, in quorum potestatem venerunt. His perspectis haec nascitur sententia: justa atque injusta decora mihi sunt ad laudem eorum, quibus obnoxiam vitam ago, h. e. me servam laudare decet quidquid faciunt domini. Sequitur βία φερομένων. Genitivus hic durissime intelligitur absolutus; nam pro eo in promptu erat poetae scribere φερομένας. Quapropter pulcherrimam ascisco conjecturam Ahrensi: βία φρενῶν, quod ipsum legitur in S. Th. 612. At enim iteratur hoc φρενῶν in sequentibus: πικρῶν φρενῶν στύγος κρατούσῃ. Excuset forsitan aliquis morem Aeschyli eadem vocabula saepissime perparvo intervallo repetentis, qua de re multus est Wellauerus in Comment. Aeschyli specimine p. 5 sqq. Verum quanta hujus loci foret repetitionis licentia, tanta non est in locis ceteris. Ergo potius quam Ahrensi conjecturam repudiem, malo hoc alterum φρενῶν

*) Hoc alterum δίκαια delendum arbitror ob numeros.

vitiosum putare, praesertim quum in Mediceo sit non *πικρόν*, sed *πικρῶν*, ad quod facile accommodatur *λόγων* vel *ἑπῶν*. Novimus enim *πικρογλώσσους ἀράς* ex S. Th. 787. *Πικρῶν λόγων στόχος κρατεῖν* esset acerborum verborum odium cohibere h. e. acerbis voces odii plenas. Sed haec incerta; illud mihi quidem certissimum dicere chorum; me decet dominorum juste injuste facta laudare invitam ac reluctantem, acerbum odium prementem pectore.

Cur autem hoc sibi decorum putet chorus, ejus rei causa continetur parenthesi, quae duas habet enunciationes, in quarum est utraque particula *γάρ*: *ἀνάγκαν γάρ ἀμφιπτολίω θεοὶ προσήνεγκαν, ἐκ γάρ οἴκων πατρώϊων δουλίαν* (Medicei *δούλιον* emendavit Blomfieldius) *ἔσαγον αἴσαν*. Quarum sententiarum utra tandem firmat et probat rem primariam, esse choro dominorum omnia facta collaudanda? Nempe altera: nam dii me ex patriis aedibus in servilem adduxerunt conditionem. Hoc ipsum autem ut servitutum serviant chori mulieres unde factum est? Nimirum docet hoc ea sententia, quae *γάρ* illud prius habet, quae particula hoc quoque loco ad similitudinem nostrae *ja* sequentibus rebus confirmandis praemittitur. Jam quum *ἀνάγκη ἀμφιπτολίς* sit necessitas hostilis urbem cingens (cf. *τὸν ἀμφιτειχῆ λεῶν* S. Th. 290), sententiarum non poeticus sed ad rerum veritatem exactus ordo hic est: mihi quidquid domini faciunt laudandum est; nam serva sum; urbs enim mea divinitus vim est hostilem perpressa.

Quod autem, ubi excipiunt inter se duo *γάρ*, alterum demum ad rem refertur primariam, prius autem *γάρ* confirmat enunciatum id, in quo est alterum, ejus rei aliud suppeditat exemplum Aeschylus in Agamemnone 558: *τὰ δ' αὖτε χέρσῳ καὶ προσῆν, πλέον στόχος: εὐναὶ γάρ ἦσαν δαίτων πρὸς τείχεσιν: - ἔξ οὐρανοῦ γάρ* (quod mutari non debuit in *δέ*) *κἀπὸ γῆς λειμώνια δρόσοι κατεψέκαζον*: hoc est: haec autem in continenti mala perferebamus vel odiosiora; nam et caelestibus et

pratensibus laborabamus humoribus; degebamus enim non sub tectis sed prope ab hostium muris sub dio.

His exploratis totius argumentum carminis per strophas descriptum persequamur. Dicit chorus:

Str. α . Agamemnoni inferias affero jussu reginae.

Antistr. α . nam reginae mentem exterruit somnium.

Str. β . At nihil hoc piaculo proficitur; haeret in domo facinus trucidati regis.

Antistr. β . Inde nulla jam in populo reverentia regiae majestatis et in metu regina est. Heu quam piget hujus cui tantum tribuitur felicitatis. Nimirum poena sive repraesentata sive dilata quemvis consequitur.

Str. γ . Durat enim caedis macula,

Antistr. γ . neque ulla cluitur aquarum vi.

Epodos. Mihi vero, nam patria capta servilem fortunam subii, ferenda sunt omnia dominorum facta; clandestino tantum fletu regis necem prosequor. —

Lex descriptionis ea est, quam aperuit Prien. in Mus. Rh. N. F. 6 p. 574.

3. Choeph. 152 ff. *Ἰετε δάκρυ καναχὲς ὀλομένον ὀλομένῳ δεσπότῃ* —.

Haec verba certa sunt nec incerta sequentia: *πρὸς ἔργμα τόδε κακῶν κεδνῶν τ' ἀπότροπον ἄλγος ἀπέυχεται κεχυμένων χοῶν*, nisi quod pro *ἄλγος* scholiasta praebet *ἄγος*. Sed interpretum mire variant sententiae, et accedunt difficultates numerorum. In tam difficili loco ante omnia arbitror verborum in libris traditorum explorandam esse sen-

tentiam, deinde videndum, quibus ea numeris concludi queant. Jam primum illud ἴετε δάκρυ contrarietate quadam continetur cum κεχυμένων χροῶν: nunc, inferiis effusis, mittite lacrimas, alteras quasi inferias. Has, inquit, mittite πρὸς ἔρμα τόδε κακῶν. Profecto ἔρμα tumulus est Agamemnonis, non quo vox ea tumulum significet, sed quia tumulus ille malorum omnium quasi firmum munimentum est, quo defensa ea conservantur. Ita recte Odofr. Müllerus in annal. Zimmerm. 1836 p. 26. Eundem non probo κεδνῶν ἀπότροπον ab ἄγος ἀπέυχeton sejungentem. Concinnitas enim sermonis atque chiasmus tantum non flagitare videtur, ut haec quoque inter se referantur contrarie: ἔρμα κακῶν et κεδνῶν ἀπότροπον ἄγος. Vocatur autem tumulus ἄγος, quia nefarium eo facinus, rex trucidatus, conditur, quod facinus patet cur vocetur ἀπότροπον κεδνῶν. Ad sententiam igitur vix quidquam desideratur: jam effusis inferiis alteras quasi inferias misero domino miseras mittite lacrimas stridulas ad huncce tumulum, qui quum firmamentum omnium malorum, tum, bona omnia quod abigat, detestandum piaculare scelus est. Jam videmus, quam argute poeta rerum inter se vices permutarit. Ἐρμα quum cogitamus, salutare aliquid cogitamus, velut Eum. 701; at hoc ἔρμα non salutis sed miseriarum est; ἀπότροπον autem in averruncandis malis alibi dictum hic dicitur in arcenda et procul amovenda salute.

Tam bona tamque aptam praebentia sententiam verba si nisi disturbata mutataque ad antistrophicos numeros redigi nequeunt, aut desperandum est de conficienda emendatione loci, aut antistrophicorum deponenda spes. Nostris certe manibus ulcus hoc, ut dixit aliquando G. H. Schaeferus, non tractabile est.

4. Ejusdem fabulae versus 195—200, in quibus Electra, de illo loquitur cincinnos, qui repertus in tumulo patris est, scripti sunt in libris hoc modo:

εἶθ' εἶχε φωνὴν εὐφρον' ἀγγέλου δίκην,
 ὅπως δίφροντις οὔσα μὴ κηνυσσόμην,
 ἀλλ' εὖ σαφήνῃ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόζον,
 εἶπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ κρατὸς ἦν τετμημένος,
 ἢ συγγενῆς ὧν εἶχε συμπενθεῖν ἐμοί,
 ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴν πατρός.

Quod Auratus 'εὐφρον' pro 'εὐφρον'; quod Schützius 'κηνυσσόμην' posuit pro κηνυσσόμην, ceteris editoribus merito probatum fuit; reliquorum etiam versuum emendationem scite praemuniverat Wellauerus, in Comm. Aeschyl. spec. p. 35, divisis aliter literis recte scribens: ἀλλ' εὖ σάφ' ἦν ἢ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόζον; quam emendandi viam cur deseruerit Hermannus,*) quum ipse taceat, non reperio; nam conjuncta ei adverbia εὖ σάφα displicuisse vix credo, quum ipse in Persis 785 non intacta modo reliquerit haec: εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστε, sed etiam ad hujus loci normam correxerit Eurip. Iph. A. 1587. πληγῆς κτύπον γὰρ πᾶς τις ἤσθει' εὖ σαφῶς, ubi in libris est ἂν σαφῶς. Ne posterior quidem graecitas adverbiorum illam copulationem elegantem scilicet repudiavit; Jullan. Encom. Const. p. 9 b (p. 12 Schaef.): σὲ δὲ προότερον μὲν τοῦ πατρός καὶ ἐν ἄλλοις κρείττονα σαφῶς εὖ οἶδα. Ad hoc autem εὖ σάφ' ἦν duo aptantur ἢ, diversa utrumque structura; neque enim oratio inceptum tenorem servavit. Debebat enim sic continuari: ut planum exploratumque esset *aut* respuere cincinnum illum, *aut* ut cognati capitis suscipere et revereri. Nunc autem abrupto structurae tenore verba conversa sunt in interrogationem, ut haec sit informanda nobis structura periodi: ut planum esset, sitne respuendus an suscipiendus ille cincinnus. Sed hac expedita via quum ad finem explicationis perveniri posset, factum tamen est nescio quo fato, ut transversos ageret interpretes illud εἶχε, cui quidem verbo attributus πλόζος est pro sub-

*) Prienius in Mus. Rh. N. F. 6 p. 577: ἀλλ' ἢ σάφ' ἤδη —.

jecto eidemque subjunctum etiam *συμπενθεῖν*, quasi haec esset Electrae sententia: ut planum mihi esset aut respuere cincinnum, aut ille *cincin- nus*, si cognatus esset, *mecum lugere posset*, decorans huncce tumulum et patri ferens honorem. At rectissime Hermannus: „inepti illi, inquit, qui εἶχε pro ἐδύνατο dictum putant. Ἐχω συμπενθεῖν non potest dici nisi ab eo qui *materiam* habet lugendi; ubi de *facultate* sermo est, necessario δύνασθαι dicendum est.“ Quapropter deletο, εἶχε scripsit εἶτα ceteris verbis hunc in modum constitutis:

ἀλλ' ἦν σαφηνῆ τόνδ' ἀποπτύσαι πλόκον,
εἴπερ γ' ἀπ' ἐχθροῦ κρατὸς ἦν τετμημένος,
ἢ ξυγγενῆς ὦν, εἶτα συμπενθεῖν ἐμοί
ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴν πατρός.

Sic, inquit, bene procedunt hi versus. Quod acutioribus forsitan per- suaserit; ego structuram hanc vix expedio, nisi forte ξυγγενῆς ὦν su- mendum est pro nominativo absoluto. At vero recte distincti duo pos- tremi versus sententiam habent aptissimam:

ἢ ξυγγενῆς ὦν εἶχε, συμπενθεῖν ἐμοί,
ἄγαλμα τύμβου τοῦδε καὶ τιμὴν πατρός.

Hoc est: ἢ ξυγγενῆς τις ὦν, ὥστε συμπενθεῖν ἐμοί, εἶχεν ἐκεῖνον τὸν πλόκον ὄντα ἄγαλμα τύμβου τοῦδε κ. τ. λ. Apparet Electram hoc dicere: utinam voce praeditus ille cincinnum esset, ut satis planum foret, sitne ut ab inimico abscissus capite repudiandus, an cognatus ali- quis talis, qui lugeat mecum, decus illud hujus tumuli et ornamentum patris habuerit. Fraudi fuit interpretibus praetermissum ad ξυγγενῆς ὦν pronomen τις, quod nemo desiderat in κούφως φέρειν χροὴ θνητὸν ὄντα συμφορὰς (Eur. Med. 1005) et aliis locis sexcentis; cf. Suppl. 227. Inde factum est, ut adjectivum ξυγγενῆς copularetur cum πλόκος omnes- que ferrent Electram satis inepte hoc optantem, ut ille si cognatus esset secum lugeret *cincinnum*.

5. In versu fabulae 237, ubi soror ad Orestem loquitur (*ἀλλή πεποιθὼς δῶμ' ἀνακτῆσαι πατρός*); illud *ἀλλή* non recte accipitur de robore corporis; nec enim in recuperando regno corpus sed animi robur Orestis maximum momentum facit. Refertur autem *ἀλλήν* sive addito *φρενῶν* sive non addito ad fortitudinem animi; demonstravi in Annot. ad Jl. γ, 45, allatis locis Pind. Nem. 3, 68. *ἀλλὰν φρενῶν ἔπαυσεν φόβος*. Soph. Ant. 1011 (1030) *τίς ἀλλή τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν*; ubi mea sententia vix potest de corporis viribus cogitari. Rem satis tritam non hujus loci causa commemoravi, sed quia mihi haec *ἀλλῆς* significatio accommodanda videtur esse impeditissimo loco *) Agamemnonis 105—107, cujus in libris scriptura haec est: *ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνέει πειθῶ μολπᾶν, ἀλλὰν σύμφυτος αἰῶν*. Haec ne literula quidem mutata explicatum facillimum habent, modo ne contineri his verbis putemus rationem fausti quod chorus enuntiat augurii; sed causam cur incipiat quum omnino cantare chorus, tum ea potissimum cantare, quae praesens regina non sit sine summa mentis offensione auditura. Hoc enim dicit chorus: adhuc enim seni mihi divinus instinctus (*θεόθεν πειθῶ*) inspirat cantum, fortem autem animum, ut animi sensa ne regina quidem praesente expromere verecunder, *ὁ σύμφυτος μοι* inspirat *αἰῶν*, h. e. *τὸ γῆρας*, ut recte Scholiastes. Comparari debent *οἱ συγγενεῖς μῆνες* „menses qui mecum fuerunt, i. e. vitae meae menses“, ap. Soph. OR. 1054 (1083). Nimirum senectus metum demit mortalibus; Cic. Senect. 20, 72. „ex quo fit, ut animosior etiam senectus sit quam adolescentia et fortior. Hoc illud est quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, quum illi quaerenti, qua tandem spe fretus sibi tam audaciter resisteret, respondisse dicitur: senectute.“ — Est autem, quod eloqui chorus

*) Hoc de loco praeter editores egerunt Bambergerus in Philol. VII p. 147, Prienius in M. Rh. N. F. 7 p. 376, omnium optime vir summus Thierschius in praeclarae dissertationis de analog. graecae capitibus minus cognitae parte secunda p. 45 (Abhandl. der Münchner Acad. Cl. I Bd. VII Abthl. II p. 351 vom Jahr 1854).

regina praesente vereatur. Calchas enim, cujus enarraturus chorus augurium est, minime est fausta tantummodo vaticinatus, sed quum de altera illa victima loquitur, quam ne exigit Artemis veretur, vocat illam ἄνομόν τω', ἄδαιτον, νεκρέων τέκτονα σύμφυτον, οὐ δεισήμερον, additque clausulam horroris plenam: μίμνει γὰρ φοβερά παλίνορτος, οἰκονόμος δολία, μνάμων μῆνις τεκνόποινος. Quae verba quum sciat chorus pertinere ad reginam, cujus animus ab Agamemnone alienus et immolata filia gravissime laesus sit, quidni metuat proferre, quae significationem habeant sceleris ipsi quae praesens adstat reginae perpetrandi? At meminit idem senem se esse; quae aetas quum a cantu sit aliena, se id aetatis etiamnunc ad cantandum incitari dicit divinitus, ad ea autem canenda, quae promere alia forsitan aetas reformidet, animum addi sibi senectute.

6. Versuum, quos in Choephoris legimus 297—304, nondum ad liquidum explorata videtur esse constructio. Equidem eos sic judico scribendos:

τοιιοῖσδε χρησμοῖς ἄρα χοῦ πεποιθέναι;
 κεί μὴ πέποιθα, τοῦργον ἔστ' ἐργαστέον —
 πολλοὶ γὰρ εἰς ἓν συμπύκνουσιν ἕμεροι,
 θεοῦ τ' ἐφειμαὶ καὶ πατρὸς πένθος μέγα,
 καὶ πρὸς πιέζει χρημάτων ἀχηνία —
 τὸ μὴ πολίτας εὐκλεεστάτους βροτῶν,
 Τροίας ἀναστατήρας εὐδόξου φρενί,
 δυοῖν γυναικοῖν ὠδ' ὑπηκόους πέλειν.

Ac primum quidem ad versum 297 notam apponimus interrogationis; est enim ἄρα pro *nonne*, ut infra v. 495: ἄρ' ἐξεγείρει τοῖσδ' ὄνειδεσιν, πάτερ, et alibi non parum saepe, quod cur fieri possit, nunc declarare longum est; res ipsa controversa non est; cf. Herm. ad Soph. Antig. 628. Πεποιθέναι autem χρησμοῖς non est obtemperare oraculis, sed de bono

eorum eventu confidere. At, inquit, ut nullam in oraculis fiduciam collocem, tamen perpetrandum facinus est. Huic autem enunciato τοῦτογον ἔστ' ἐργαστέον constructione subnectendi sunt versus 302 sqq.: τὸ μὴ πολίτας — δυοῖν γυναικοῖν ὡδ' ὑπηκόους πέλειν. Hoc enim nisi fit, unde regantur hi versus non habent. Non enim posse ad proxime antecedentia accommodari aut ut pendeant hinc aut ex aequo ut componantur, manifestum est, et Franzius, qui junxit eos cum πολλοὶ εἰς ἐν συμπίνουσιν ἕμεροι (vielfacher Antrieb strömt zusammen mir vereint — zum hohen Ziel, dass meine Bürger ff.) parum intellexit, illud τὸ μὴ ἐν συμπίνουσιν ἕμεροι multo copulari difficilius, quam cum τοῦτογον ἔστ' ἐργαστέον, quamvis haec verba loco sint remotiora. Nam hoc voluit Aeschylus: et si non confido oraculis, tamen facinus (quod cur affectem multa sunt, mandatum Dei, luctus patris, mea egestas) hoc est perficiendum consilio, ut ne vives, gloriosissimi mortalium, diutius duabus serviant mulieribus. Scilicet distinxit poeta inter causas ac rationes, quibus ad agendum compellitur Orestes, et inter consilium id, quod agendo ei perducendum ad effectum est. Et causas quidem agendi in parenthesis contulit trium versuum 299—301; quod ad perficiendum Oresti propositum consilium est, hoc adjunxit per infinitivum τὸ μὴ πέλειν κ. τ. λ. Non distinxit hoc consilium et causas illas Engerus, quum in Mus. Rh. N. F. XI, 2 p. 308 scribendum iudicavit τὸ μὴ πολίτας τ' ἐν κλεστέτους βροτῶν κ. τ. λ., qua scriptura fit, ut patriae liberandae consilium cum praesenti inopia privata componatur ex aequo.

7. Perdifficilis locus est, qui habet versus 315—321. Haeserunt interpretes vel in his:

ὦ πάτερ αἰνόπατερ, τί σοι γάμενος ἢ τί δεξας
τύχοιμ', ἀγκαθεν οὐρίσας ἐνθα σ' ἔχουσιν εὐνά;

Tenendum ante omnia hoc est, τύχοιμ', cui ἂν particula non ita necessaria est, ut propterea scribatur ἂν ἔκαθεν, corrigatur autem sanissi-

mus antistrophicus 335, notissima structura et significatione copulatum esse cum *τί φάμενος ἢ τί ῥέξας*: pater, quid locutus aut qua re effecta gratum tibi faciam? Cf. infra v. 418. *τί δ' ἂν φάντες τύχοιμεν*; Ἄγκαθεν autem id est quod ἀνέκαθεν sive ἄνωθεν, von oben herab, significatque hoc loco superas oras; quae contrariae sunt Orco. Οὐρίξειν autem, prospero quasi flatu pervehere aliquid aliquo, et objectum postulat et, quo directio sive regio significetur motionis, adverbium ἐκεῖσε, quod ante ἔνθα non minus facile auditur, quam apud Soph. O. C. 164 ante ἔνα et OR. 769 ante idem ἔνθα. Inde nascitur haec sententia: quid, pater, aut locutus aut facto exsecutus tibi gratum faciam, id, sive verbum sive factum, ex superis locis pervehens sive perferens eo, ubi tu conditus jaces sepulcro? Nam qui sepulcro conditus idem apud inferos est. Sequantur haec:

σκότω γάος ἀντιμοιρον,
 χαρίτες δ' ὁμοίως
 κέκληνται γόος εὐκλεῆς προσθοδόμοις Ἀτρείδαις.

His versibus quae respondent antistrophica:

τάφος δ' ἰκέτας δέδεκται
 φυγάδας θ' ὁμοίως,

ea monent, ut strophica quoque conemur unius comprehensione structurae colligare. Hoc autem ita fiet commodissime, si meminerimus, γόον εὐκλεῆ et recte χαρίτων appellari nomine, et eundem tamen esse γάος ἀντιμοιρον σκότω, lucem tenebris aequalem. Nimirum planctus gloriae plenus ut sit gratissimus mortuis, tamen ob id ipsum, quod planctus est, consimilis est luci permixtae tenebris, h. e. obscurae, non clarae aut liquidae. Sed idem planctus quia dolorem prae se fert plangentium, superest in eo gratia. Haec si vera sunt, hoc dicit Orestes: quid est, pater miserrime*), quod ego tibi fando vel agendo gratum possim ex his superis

*) Πατήρ αἰνοπατήρ non dubito quin sit αἰνόμορος πατήρ.

locis perferre ad inferos? Nihil mihi habere videor praeter lamentationes. Sed tamen planctus, Atridis aedium superioribus dominis honorificus, est ille quidem luci tenebris mixtae consimilis, verum idem in iis quae grata sunt numeratur. Nam *κέκληνται* Homericò dictum esse more, quo qui vocatur aliquo nomine est is qui vocatur, vix est quod demonstramus. Ex Aeschylò cf. S. Th. 929. Pers. 242.

8. Stropham sextam 386—392 ascitis emendationibus nonnullis Hermanni sed pressius quam ille librorum scripturas secutus hunc in modum iudico scribi posse:

ἐφνυνησαι γένοιτό μοι ποτε*
 πενκάεντ' ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς
 θεινομένου γυναικὸς τ'
 ὀλλυμένας. Τί γὰρ κεύθω, φρενὸς οἶον ἔμπας
 ποτᾶται; Πάροιθεν δὲ προῤῥας
 δριμύς ἄηται κραδίας
 θυμός, ἔγχοτον στύγος.*

Hoc dicit chorus: Utinam contingat aliquando mihi penetrabilem (acrem) adcantare clamorem viri mulierisque neci (Aegisthum dicit et Clytaemnestram). Quid enim occultem, quas tamen semper voluto cogitationes animi? Et ante proram meam acerba flat ira pectoris, odium iracundum. *Οἶον ἔμπας* pro *θειὸν ἔμπας*, h. e. *OION* pro *ΘΕΙON* debemus Hermanno; ex *οἶον* pendet *φρενός* (qualis sensus animi), *ἔμπας* autem est tamen, nihilominus, denique *ποτᾶται*, volitat, translate dictum pro *viget*. Detracto colore verbis poetico haec nascitur sententia: quid occultem sensus animi, qui vel occultati tamen in pectore versantur. Haec una forsitan res scrupulum nobis injiciat, quod irae quasi ventus flare dicitur ante chori navigium; ventos enim pone sequentes et agentes navigia cogitamus. At jam Hermannus comparationis causa versum attulit Agamemnonis 976: *τίπτε μοι τόδ' ἐμπέδως δεῖμα προστατήριον καρδίας*

τερασκόπου ποτᾶται; Nimirum non dicit chorus agitari suam aut propelli navem odii vento, sed illud odium semper ante suum animum obversari, ut eo nunquam non sit intentus.

Jam videamus de antistropha (410—417), quae etiamnunc legitur corruptissime nec tantum quantum stropha debet Hermanno. Medicus cujus leviora menda, pridem correctata, mitto, haec habet:

πέπαλται δ' αὐτὲ μοι φίλον κέαρ
 -- τόνδε κλύουσας οἶκτον.
 καὶ τότε μὲν δύσελπις,
 σπλάγγνα δέ μοι κελαινοῦται πρὸς ἔπος κλυούσα.
 ὅταν δ' αὐτ' ἐπαλκῆς υ--
 θρασέαπέστασεν ἄχος
 πρὸς τὸ φανεῖσθαι μοι καλῶς.

Desperati versus, inquit Hermannus, quos quemadmodum scripserit, apud ipsum vide. Perquam difficiles esse fateor, desperatos non item. Nam primum *palpitat mihi cor* idem est quod *τρόμος ἔχει με*, quo accommodatur accusativus *κλύουσας*. cf. Bernh. Synt. p. 367. In iis autem quae sequuntur mihi quidem non dubium est quin contrarie inter se referantur metus et spes. Audit chorus planctum. Et tum quidem *δύσελπις* est et ad eam lugentium vocem auditam obnubilatur ejus animus; *ὅταν δ' αὐτ'*, inquit, *ἐπαλκῆς* —. Cogita: *ἔπος κλύω*, sive, ut numeri procedant *γένηται*, et *ἐπαλκῆς* interpretare *animosum*, qua de re supra diximus; jam hoc habebis: ast ubi rursus animosa promitur vox —. Quid tum fit? Hoc opinor: *θρασέα γενόμενα τὰ σπλάγγνα ἀπέστησεν ἄχος*, qui aoristus ex illo notissimo genere est, quod in protasi patitur *ὅταν* et conjunctivum; cf. me ad II. α, 163. Ergo sequendus in summa re Turnebus erat scribendumque sic:

ὅταν δ' αὐτ' ἐπαλκῆς* γένηται*,
 θρασέ' ἀπέστασεν ἄχος,

hoc est: ast animosa rursus ubi promitur vox, confirmata mens statim submovet macerorem. Sequitur versus ultimus, quem non repugno quin desperatum dicamus. Quamquam sententia quidem satis aperta est: ut bonam de futuris rebus spem concipiam. Sed pro verbis poetae prope absum ut credam substitutam nobis esse glossam. Ex iis quae tentatae sunt adhuc emendationibus maxime dubitanter tamen probo Blomfieldianam: *πρὸς τὸ φαίνεσθαι καλῶς*, quae strophicis non illa quidem accuratissime, sed non vitiose respondet. His perscriptis inspexi librum Jonghii, ex ejusque latina interpretatione intellexi eandem illi atque non versuum horum sententiam videri. In alia omnia abeunt Schoene in *Mh Rh. N. F.* 6 p. 302 et M. Schmidt apud Mützellium VIII p. 335.

9. Magna difficultas est in versibus 497—499; Orestes patrem mortuum sed in Orco pro heroe cultum et heroica potentia praeditum sic alloquitur:

*ἤτοι δίκην ἴαλλε σύμμαχον φίλοις,
ἢ τὰς ὁμοίας ἀντίδος βλάβας λαβεῖν,
εἴπερ κρατηθεῖς γ' ἀντινικῆσαι θέλεις.*

Hoc facile intelligitur, per disjunctionem (quod vocant alternative) haec dici neque in iis quidquam fore obscuri, si in altera sententiae parte videretur *αὐτός*: aut justitiam mitte tuis adjutricem, aut *ipse* fac ut par pari reddas; patrem Orestes jubet aut mittere auxilium aut auxilio venire ipsum. Sed illud ipsum quod desideramus *αὐτός* audiri videtur posse et addi cogitatione. Etenim abhorrens hoc in genere a nostro more consuetudo Graecorum facilius quam vulgo credunt praetermissum patitur pronomen contrarium. Subiunxi locos aliquot, ut mihi quidem videntur, minime dubios: Soph. OR. 582 (601): *ἀλλ' οὐτ' ἑραστής τῆσδε τῆς γνώμης ἔσθην, οὐτ' ἂν μετ' ἄλλου δρωῶντος ἂν τλάτην ποτέ*. Wunderus: „sed neque *ipse* in hac voluntate esse consuevi, ut rex esse vellem“, neque cum alio talia moliente in animum induxerim conspirare;

Antig. 1088 (1107): *δρᾶ νυν τᾶδ' ἔλθων μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε,*
 exsequere igitur hoc *ipse* profectus, neve aliis rem commiseris. Hic trans-
 feruntur mos etiam ad pronomina alia; veluti apud Aristophanem in *avian*
 vs 1360—1362 legimus haec: *ἐπειδήπερ γὰρ ἦλθες, ὦ μέλε, εὖνους*
περοίσω σ' ὥσπερ ὄρνιν ὄρφανόν. Σοὶ δ', ὦ νεανίσκ', οὐ κακῶς
ποθήσομαι κ. τ. λ. Inexplicabilis foret collocatio pronominis *σοί*,
 nisi contrarium in poetae mente hunc in modum esset informatum: quo-
 niam venisti, *quod ad me allinet* instruum te alis; *tibi* vero auctor sum
 esse. Apud Platonem in *Theaet.* p. 185 D optat Theaetetus, ut Socrates
 et Theodorus eorum etiam qui stare omnia dicant persequantur sen-
 tentias. Corripiens Theodorus adolescentem, quasi hoc optans doceat
 senes pacti fidem frangere, *ἀλλὰ παρασκευάζου*, inquit, *ὅπως τῶν ἐπι-*
λοπίων Σωκράτει δώσεις λόγον. hoc est: potius quam senes injusto
 agere doceas, ipse te ex pacto para ad reliquorum rationem Socrati red-
 dendam. De latinis scriptoribus cf. Krügerum ad Horatii *Epist.* 2, 2, 16.
 Haec ego reputans non dubito de integritate locorum duorum, qui sunt
 in *Agamemnone*. Primus est in vs. 1044—1046. *οἳ δ' οὔ ποτε ἐλπί-*
σαντες ἤμησαν καλῶς, ὡμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην·
ἔχεις παρ' ἡμῶν οἰάπερ νομίζεται. Clytaemnestra dicit: qui domini
 praeter spem ad magnas opes pervenerunt, ii saevi sunt in servos et
 praeter id quod jus est agunt; *tu vero*, quae servis *δεσπόταις ἀρχαιο-*
πλούτοις, habes a nobis justa omnia. *Asyndeton* idem est quod in
Chceph. 666. Alter locus (1613—1616) sic mihi scribendus et distin-
 guendus videtur:

σὺ γ' ἄνδρα τόνδε γῆς ἐκὼν κατακτανεῖν
μόνος δ' ἐποικτον τόνδε βουλευσαί γόνον;
οὐ γημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κίρα
δημορριφεῖς, σάφ' ἴσθι, λευσίμους ἀράς.

Cogita *ἐγὼ* οὐ γημ'.

10. Corruptissimum est chori carmen, quod a versu 585 continuatur ad versum 651. In tanto diversissimarum conjecturarum acervo si meas me multis probaturum crederem, non solum rerum valde imperitus, sed essem etiam impudens. Sed quum mihi saltem ipsi de nonnullarum veritate firmissime persuaserim, vici verecundiam proferendi quae non nuper demum reperta sed multorum annorum cogitatione pensitata certe a temeritatis specie credo absutura.

Orditur chorus ab hac sententia, quum multa sint in rerum natura formidolosa, maxima tamen mala nasci ex ipso genere humano; mulierum quidem amore nihil in terris esse atrocius aut ad facinora promptius. Hoc qui nolit ex sola ratione et cogitatione credere, is vocatur ad intuenda exempla, primum Althacae, Thestii filiae, matris Meleagri. Expressa autem in libris haec sententia hisce verbis est:

v. 602. ἴστω δ', ὅστις οὐχ ὑπόπτερος
 φροντίσιν δαεῖς,
 τὰν ἄ παιδολυσίᾳς τάλαινα Θεστιᾶς μήσατο
 πυρδαῖν τινα πρόνοιαν κ. τ. λ.

Hoc ad initium strophae secundae verba quatenus huc pertinet non dubia respondent antistrophae:

ἄλλαν δεῖ τιν' ἐν λόγοις στρυγεῖν
 φοινίαν Στύλλαν κ. τ. λ.

Mihi strophica videntur sic scribenda: ἴστω δ', ὅστις οὐχ ὑποπτέροις φροντίσιν γαθει (γηθει), hoc est: qui non volatilibus et ob id ipsum incertis delectatur cogitationibus, sed niti vult rebus et factis, is scito quid fecerit Althaea. Video quid mihi primum injecturi sint multi, praesenti γαθειν et imperfecto non usos esse Atticos, et corrigendos locos ubi legatur apud Aeschylum, unum qui est in Choeph. 772, γαθούση (γηθούση) φρενί, pro quo Hermannus γ' εὐδούση φρενί, alterum Pro-

methei 156, ubi *ἐπεγήθει* idem permutavit plusquamperfecto *ἐγεγήθει*. Amplector *ἐγεγήθει*. at illud *εὐδούση φρενί*, quali esse iubetur animo, Hermanno si credimus, arcessendus nutrici dominus, dubito sitne multos probatores inventurum. *) Nec videtur ulla participii *γηθούση* correctio propter sensum quidem necessaria. Quaerenti choro, sitne solum Aegisthum an satellitibus stipatum arcessere iussa nutrix, haec stipatum inquit. Ad haec ille: noli tantum odisse dominum, ut mandatum hoc perferas, quod nimirum ei magnum possit incutere metum, siquidem incidisse ille putabit aliquid, propter quod opus sit praesidio; *ἀλλ' αὐτὸν ἐλθεῖν, ὡς ἀδειμάντως κλύη, ἄνωχθ' ὅσον τάχιστα γηθούση φρενί*, hoc est: sed ut sine metu te audiat, *solum* cum jube quam citissime venire animo hilari, nulla cura contristato. Addit chorus argumentum, cur solus arcessi debeat Aegisthus, satis probabile: *ἐν ἀγγέλω γὰρ κρυπτὸς ὁρθοῦται λόγος*, in audiendo namque nuncio occultus sermo recte instituitur. Quem Hermannus ex fragmento Sophoclis (Cic. Attic. 2, 7) attulit locum, quo dicitur nihil esse gratius quam *γῆς ἐπιψαύσανια κἄθ' ἐπὶ στέγη πικρῆς ἀκοῦσαι ψακέδος εὐδούση φρενί*, is a Choephororum loco alienissimus est; nam ibi significatur animus, dum stillans exauditur pluvia, semisomno sopore captus. Retinemus igitur *γηθούση φρενί*, Homericam forma tanto minus offensi, quo certius constat talia apud Aeschylum reperiri non pauca; cf. Welcker Nachträge etc. p. 83; Herm. ad Suppl. 419, 465, Ag. 571; Prien. in Mus. Rhen. N. F. VII p. 209. Jam ab hac parte quum satis munitum sit illud nostrum *γαθεῖ*, commendatur non minus a ratione palaeographica. Quum enim literae *Γ* et *Δ*, *Θ* et *Ε* (Ε) frequentissime inter se sint permutatae, nec rarius diphthongus *EI* pronuntiatione tenuata in *I*, *ΓΑΘΙ* facillimo errore legebatur quasi scriptum esset *ΔΑΕΙ*, quod quum intelligi non posset, addidit

*) Repudiatum est a Welckero in Mus. Rh. N. F. IX, 2 p. 205. — Adjectiva ex *γαθεῖν* composita Aesch. habet *φιλογαθῆς* S. Th. 918. *πλοιογαθῆς* Ch. 801.

librarius, ut graecum aliquod vocabulum effingeret, literam *C* sive Σ , unde natum est inutile illud *δαίς*. *Φροντίδες* autem *ὑπόπτεροι* cogitationes sunt, quae quasi alatae efferuntur et ob id ipsum instabiles certa fide carent. Nam *φροντίς* quidem, id quod satis constat, non tantum curam aut sollicitudinem declarat, sed etiam cogitationem. Ceterum adscisco quod in scholiis est *ἑποπτέροις*, quum in longam exeat etiam antistrophicus.

11. Locutus est chorus in stropa de crudelissima matre; in antistropha de impia filia. Quid magis in promptu, quam addere nefariam uxorem? Facit hoc in stropa tertia 624—630, cujus in libris, quorum praetermitto leviora vitia, scriptura haec est:

ἔπει δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων,
 πόνων ἀκαίρωσ δὲ δυσγιλῆς γαμήλευν' ἀπεύχεται δόμοις,
 γυναιζοβούλους τε μήτιδας φρενῶν
 ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφόρῳ
 ἐπ' ἀνδρὶ δηῖοις ἐπιζότιω σέβας
 τῶν δ' ἀθέρεωντων ἔστιεν δόμων
 γυναικείων τ' ἄτολμων αἰχμῶν.

Ante omnia ad protasin *ἔπει ἐπεμνησάμην* quaerenda est apodosis, quae mihi quidem non dubium est quin lateat in *δυσγιλῆς γαμήλευν' ἀπεύχεται* (*ἔστι*) *δόμοις*. Hoc dubito, scribendumne sit *ἀπεικτέον* i. e. *ἀπεύχεσθαι* *χρή*, abominari nos oportet, ex quo adjectivo verbali noto Graecismo aptari possunt qui sequuntur accusativi, an *ἀπεύχεται* ipsum eandem credam quam *ἀπεικτέον* recipere vim rectionis. Quid autem fiet vocabulis *ἀκαίρωσ δέ*? Quum nihil sit a librariis permutatum frequentius, quam Σ finale et *N*, nec major iis religio fuerit in distinguendis particulis *δέ* et *τέ*, fidenter scribo *ἀμειλίχων πόνων ἀκαίρων τε*. Etenim *καιρόν* dici pro justo modo idque etiam apud Aeschylum, nemo negat; cf. *Prom.* 507. *μή νυν βροτοῦς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα*. *Agam.* 787.

πῶς σε σεβίζω μήθ' ὑπεράρας μήθ' ὑποκάμψας καιρὸν χάριτος; Ἄκαιρον igitur id est quod justum modum excedit; in qua re quum de sententia veterum omnis contineatur injustitiae vis atque sceleris, ἄκαιρον contrarie refertur ad τὸ δίκαιον. Agam. 808. γνώσει δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος τὸν τε δίκαιως καὶ τὸν ἄκαιρως πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν. Adde illud ἔρξεντ' ἄκαιρον, quod Hermannus et Emperius*) olim reponi voluerunt in Agam. 1658, qui locus nondum persanatus videtur. Ergo quum πόνοι dicuntur ἄκαιροι, non sunt importuni, sed ex animi modum excedentis impotentia nati. Verborum igitur adhuc explicatorum haec sententia est: quoniam autem saevitiae injuriaeque plenos labores memoravi, deprecari ab aedibus conjugium quoque invisum debeo muliebresque machinationes adversus virum armiferum.

12. Sequitur illud longe impeditissimum ἐπ' ἀνδρὶ δῆϊοις ἐπιζότω σέβας. De numeris constat; integer enim antistrophicus est v. 636: βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος. Ne sententia quidem obscurum est qualis requiratur; patet enim dici virum, quem etiam hostes juxta veneratione prosecuti sint. Quapropter pridem Ahrensius: ἐπ' ἀνδρὶ δῆϊοις ἐπειζότως σέβας. At nihili quia non graccus dativus est. Quapropter alii retentum σέβας, quasi indeclinabile sit, appositi instar ad praecedens ἀνδρὶ accommodaverunt; vereor ut salva sermonis lege. Sed tamen certum videtur σέβας, certum etiam illud ex ἰζότω sequente sigmate felicissime restitutum εἰζότως, certum itidem propter numeros δῆϊοις. Jam ad explendum versum: ἐπ' ἀνδρὶ δῆϊοις εἰζότως σέβας, deest una syllaba brevis, quae vix esse potest alia, quam ὄς· ἐπ' ἀνδρὶ, δῆϊοις ὄς εἰζότως σέβας.

Inde lux affertur etiam versibus his qui consequuntur:

τίων δ' ἀθρόμαντον ἐστίαν δόμων,
γυναικείων ἄτολμον αἰχμῆν.

*) Mus. Rh. N. F. I p. 450.

Posteaquam enim accepimus, quid abominetur et exsecretur chorus, declarantem audimus, quid colat et veneretur. Colit autem focum aedium *ἀθέρμαντον*, hoc est ignito consceleratae mentis furore carentem. Hoc vocabulum recte sic explanari patet ex his locis: Eum. 560. *γελῶ δὲ δαίμων ἐπ' ἀνδρῶν θερμῶν* scilicet qui *θερμός* hic dicitur, is scelere fervet; S. Th. 602. *ἦ γὰρ ξυνεισβάς πλοῖον εὐσεβῆς ἀνὴρ ναύταισι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει*. Est igitur *ἀθέρμαντος* *ἔστία* focus aedium malo fervore non incensus. — Colit idem *γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν*. Facile intelligitur *αἰχμάν* esse pro sceptro idque pro regimine muliebri; cf. Prom. 405. Ag. 483; ergo probari sibi chorus dicit reginam mulierem scelerata carentem audacia.

Ne nos quidem projecti ad audendum eramus, quum versus illos sic scriberemus:

ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλιχῶν. *ἀπενκτέον*
 πόνων ἀκαίρων τε, δυσφιλῆς γαμήλευμ' ἀπέυχετον δόμοις
 γυναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν
 ἐπ' ἀνδρῶν τευχασφόρων,
 ἐπ' ἀνδρῶν, δάοις ὅς εἰκότως σέβας·
 τίω δ' ἀθέρμαντων ἔστιαν δόμων
 γυναικείων τ' ἄτολμον αἰχμάν.

Unum addimus: si cui forte aoristus *ἐπεμνησάμην*, cujus loco perfectum exspectamus, scrupulum injiciat, cum rejicimus ad Schaeferum ap. Porson. Eur. Phoen. 68*, atque ad Bäumlini Gr. gr. Madvigianae censuram, quae legitur in annal. Caesar. 1850 VI, 68 p. 540.

13. In antistropha tertia (631—638) dicitur inter scelera ab uxoribus in maritos admissa (haec enim significantur, non genus muliebris sceleris universum) maxime sermone celebrari nefas Lemnium. Haec verba quod sequitur: *γοῦται δὲ δὴ ποθεὶ κατάπτυστον*, id recte mihi

correctum videtur ab Emperio: γοῦσθαι δὲ δὴ ποθεῖ κατάπτυστον sc. ὄν, hoc est: vultque nefas Lemnium quum detestabile sit deplorari. Jam sequentia: ἤμασεν δὲ τις τὸ δεινὸν αὖ Ἀηωνίοισι πῆμασιν, ea mihi dicta videntur non generatim de eo more, quo quidquid ubique sit atrociter sceleri Lemnio comparatur, sed τὸ δεινόν, quod significat chorus, intelligo proprie de facinore Clytaemnestrae: fuit autem qui malum; de quo cogito, itidem cum Lemnio compararet. Non quo τό pronomen sit demonstrativum ipsum, sed vim pronominis explere credo articulum, ut in S. Th. 509: ἔχθρὸς γὰρ ἀνὴρ ἀνδρὶ τῷ ξυστήσεται. — Pergit Aeschylus: „Ubi autem diis invisum susceptum piaculum est, fieri non potest, quin a mortalibus quoque contemptum pereat genus.“ In hanc sententiam accepta illustria sunt et contrarii aculeo notabilia verba haec: Θεοστυγίῳ δ' ἄγει (recte sic Auratus) βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος. Noli enim βροτῶν, quod ex ἀτιμωθὲν pendet, jungere cum γένος: sic enim perimitur contrarium, ad quod intendit animum poeta. Debere autem ex ἀτιμωθὲν aptari genitivum auctoris docuit etiam Hartungius. Subjicitur causa, cur consceleratae diisque invisae gentis etiam inter mortales pereat honos: σέβει γὰρ οὐτις τὸ δυσγιλῆς θεοῖς, in quo σέβει explicando mira comminiscitur Jonghius. Sequitur clausula: τί τῶνδ' οὐκ ἐνδίως ἀγείρω; Nove ἀγείρω dictum fateor, inepte nego. Nam quidni dicat chorus, qui exempla cum iisque congruentes sententias uno carmine complectitur, ea omnia se ex rerum memoria et sapientium opinionibus colligere?

14. Jam in quarta stropha 639—645 poetac mens a sceleris magnitudine traducitur ad cogitationem ultionis. Et prima quidem verba optime Hermannus emendavit:

τὸ δ' ἄγει πνευμόνων ξίφος
διενταταῖν ὄξυπενκῆς οὐτᾶ
διαὶ Δίκας.

At in explicandis quae proxime sequuntur aberravit a vero. Scribit enim:

τὸ μὴ θεμὶς γάρ, οὐ
 λέξ πέδοι πατούμενον, τὸ πᾶν Διὸς
 σέβας παρεχβάντος οὐ θεμιστῶς*).

Interpretatur autem: scelus ejus, qui Jovis reverentiam impie violavit, non negligitur. At quis unquam scelus non neglectum dixit pedibus non protritum? Scilicet pedibus proculcantur *jura* quae violantur; scelera quae negliguntur proteri pedibus non magis dicuntur quam nos dicimus: der Frevel wird mit Füßen getreten; wenn er nicht gestraft wird. Imo ne literula quidem mutata, emendata autem distinctione verborum; denique Scholiastae de *παρεχβάντες* suscepta sententia, sic totum locum scribe:

τὸ μὴ θεμὶς γάρ, οὐ
 λέξ πέδοι πατούμενον; Τὸ πᾶν Διὸς
 σέβας παρεχβάντες οὐ θεμιστῶς.

Hoc est: nam quod nefas est (*πέδοι πατεῖν*), nonne id pedibus proculcatur ab Aegistho et Clytaemnestra? Jam quod est per negativam interrogationem enunciatum, id per affirmationem gravissime repetitur: Omnem vero Jovis venerationem nefarie migraverunt. *Παρεχβάντες* enim pro verbo finito accipiendum, quod fieri posse qui credidit olim Hermannus cur postea ad Eum. 70 et alibi negarit, fateor me non assequi. Praesentis quidem participium versu superiori sic positum non repudiavit.

In antistrophico denique (646—651) salva sunt omnia, nisi quod extrema sui parte truncatus versus tertius quartum quoque affecit vitio. Chorus, a peccatis ad poenam cogitatione traducta, posteaquam eam justissimam esse ex magnitudine scelerum demonstravit, desinit in poenae praedicando effectum:

*) Libri *πέδοι*, quod recte mutatum, et *παρεχβάντες*.

Δίκας δ' ἑρείδεται πυθμῆν.

Sequuntur haec:

*προχαλκεύει δ' Αἴσα φασγανουργός,
τέκνον δ' ἐπεισφέρει διμασε
δωμάτων παλαιτέρων.*

Enecurrit Scholiastes: ἀντὶ τοῦ ποιηῆν. Ἐπεισφέρει δὲ τοῖς οἴκοις τέκνον παλαιῶν αἱμάτων· et Aeschylus ipse, qui in Agam. 764 habet haec: *φιλέϊ δὲ τίττειν ὕβρις μὲν παλαιὰ νεάζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν ὕβριν τότε ἢ τόθ' κ. τ. λ.* S. Th. 740: *ὃ πόνοι δόμων νέοι παλαιοῖσι συμμιγεῖς κακοῖς.* Nimirum ex Scholiasta pro *διμασε* illo lucraturus *δόμοις*, pro *δωμάτων αἱμάτων*. Sed in ipso illo *διμασε* delitescit aliquid amplius, quod quale sit ex Agamemnonis loco perspicimus; in quo quum ad *παλαιὰν ὕβριν* contrarie referatur *ὕβρις νεάζουσα*, hoc quoque loco *παλαιότερα αἵματα* simile desiderant contrarium. Scribamus igitur:

*τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοις νέον
αἱμάτων παλαιτέρων. Τίθει μύθος
χρόνῳ κλυτὰ βυσσόφρων Ἐρινός.*

Subjuximus interpretationem latinam: sed acutus ensis, in pulmones intentatus (nos: auf die Brust gesetzt), penetrabili pectus ictu perfodit auctore Justitia. Nonne enim quod violari nefas pedibus ab istis proculcatur? Isti vero omnem Jovis venerationem nefarie migraverunt. Sed exacta poena juris fundamentum (radicem) firmat. Procluditque telorum fabricatrix Necessitas gladium (quo perituri sunt malefici), infertque in domum vetusti sanguinis subolem novam. Vindicat aliquando piaculum incluta Furia recondita meditans.

15. Carmine chori, quod continetur versibus 784—837, quod nuper pertractavit Engerus in Annal. philol. et paed. LXXIII. fasc. VII.

p. 441 sqq., nihil corruptius est, nihil in quo magis interpretum sententiae varient.

Strophae primae 783—787 haec est in libris scriptura:

νῦν παραιτούμεν' ἔμοι, πάτερ Ζεῦ θεῶν Ὀλυμπίων

δὸς τύχας τυχεῖν δέ μου κυρίως

τὰ σωφροσυνευμαιομένοις ἰδεῖν

διαδικᾶσαν πᾶν ἔπος

ἔλαζον Ζεῦ, σὺ δέ νῦν φυλάσσοις.

In primo versiculo recte pridem emendatum est *παραιτούμενα* alter, ut integer antistrophicus (796) evincit, tres desiderat creticos. Hos restituit praeclara conjectura Federus, qui pro *τυχεῖν* reposuit *σχεῖν*. Reponendum est etiam *μοί* pro *μου*; jam aptum habemus exordium: nunc precanti mihi, Jupiter parens deorum, da rerum prosperos eventus *) rataque mihi esse (*δὸς σχεῖν μοι κυρίως*) — Quae tandem? Declaratur hoc in ea quae sequitur enunciatione relativa. Et relativum quidem pendet ex *ἰδεῖν*, hoc *ἰδεῖν* autem, ut vidit Jonghius, ex *διὰ δίχας* (*ἔστιν*), quod in illo *διαδικᾶσαι* esse pridem intellexit Pauwius. Habemus igitur: da rata mihi esse, quae jus est videre — Quibus? Scilicet *σώφροσιν μαιομένοις*, bonis hominibus id ipsum concupiscentibus. Nam ex *σωφροσυν* quin efficiendum sit *σώφροσιν*, dubitari non potest. Sed ne hoc quidem dubito, quin admissa semel vitiosa scriptura *συν* per *διπτογραφίαν* pepererit illud metro refutatum *εν*. Etenim constat *εν* et *συν* frequenter inter se permutari; (cf. Markscheffel in Mus. Rhen. N. F. V p. 211), unde sequitur *συνσυν*, per *διπτογραφίαν* scriptum, legi potuisse *συνεν*. — Jam chorus recte subjicit his dictis omnia se dixisse nec opus

*) *Τύχας* enim non minus ac *τυχεῖν*, si nullus errori locus sit, posse in bonam accipi partem vix erit qui neget; cf. Arist. Av. 1726. *μεγάλοι μεγάλοι κατέχουσι τύχαι γένος ὀρνίθων διὰ τόνδε τὸν ἄνδρ'.*

esse, ut, quae sint illa, quae fas sit bonos videre, manifestius de claret quivis enim caedem regum significari videt. Hujus extremi versus ab Hermanno sunt emendati numeri. Tota igitur stropha emendate sic scribitur:

*νῦν παραιτούμενα μοι, πάτερ Ζεῦ θεῶν Ὀλυμπίων,
 δὸς τύχας σχεῖν δέ μοι κυρίως,
 τὰ σώφροσιν μαιομένοις ἰδεῖν
 διὰ δίκας. Πᾶν ἔπος
 ἔλαχον ὦ Ζεῦ, σὺ νῦν φυλάσσοις.*

Ceterum *διὰ δίκας ἔστιν ἰδεῖν τι*, jus est videre aliquid, eodem modo dicitur quo v. 704: *πρὸς δυσσεβείας δ' ἦν ἔμοι τόδ' ἐν φρεσὶ τοιόνδε προᾶγμα μὴ καρανῶσαι φίλοις*. Quod in *διὰ δίκας* impurus creticus respondet antistrophico puro (798: *τοῦτ' ἰδεῖν*), id propter *διὰ* in unam longam coalescens paene legitimum est, si vera docuit Seidlerus de vss. dochm. p. 385. Sed etiam in Suppl. 419. 424 nemini creticus *πανδίκως* non videtur concinne referri ad *πολυθέων*.

16. Stropham alteram Seidlerus optime restituit:

*πρὸ δὲ δὴ ἔχθρων τὸν ἔσωθεν μελάθρων, Ζεῦ,
 θεῖς, ἔπει νῦν μέγαν ἄρας
 δίδυμα καὶ τριπλᾶ
 παλίμπωνα θέλων ἀμείψει.*

Assentitur Hermannus, nisi quod librorum *πρὸ δὴ ἔχθρων* propter insolentem crasin, ut ait, mutat in *πρὸ δὲ γ' ἔχθρων*. Crasin hanc cur insolentem dicat, ignoro, *δὴ* vero particulam huic loco vides aptissimam esse; ponitur enim in omni consummatione rerum; Prom. 149. *νέοι γὰρ οὐρανόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου· νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει*. Est igitur *δὲ δὴ* atque adeo, et chori preces, Orestis custodiri salutem optantis, cumulantur voto victoriae. Ambigi potest de verbo

ἀμείψει, quod Hermannus Pauwium secutus sumit pro *ἀμειφθήση*; h. e. vicissim accipies. Mihi tertia persona videtur, cujus subjectum Orestes est; nam *δέλων* verius ad remunerantis promptam voluntatem refertur, quam ad Jovis animum remunerationem accipientis. *Ἄρας μέγαν νιν* nominativus absolutus est, neque Aeschylo neque ceteris infrequens. Ex Aeschylo cf. Suppl. 446. Ag. 1008. Ch. 520.

In antistropha prima paucissimis opus est mutationibus. In versu 798 ex conjectura nostra scribimus *ἴδοι* pro *ιδεῖν* sermone cogente, et cum Hermanno, quem vide ad Prom. 830, *γάπεδον* pro *δάπεδον*.

*ἴσθι δ' ἀνδρός γίλου πῶλον ἐννιν ζυγέντ' ἐν ἄραισι
πημάτων, ἐν δρόμῳ προστιθείς
μέτρον. Τίς ἂν σωζόμενον θυθμόν
τοῦτ' ἴδοι γάπεδον
ἀνομένων βημάτων ὄρεγμα;*

Scito, inquit chorus, amici viri pullum orbem illigatum esse currui maiorum. Comparatur Orestes pullo equino, qui currum trahere subigitur gravius quam pro viribus ejus onustum. Talem Orestis conditionem esse *ita* scito, inquit, *ut* in cursu modum addas. Haec enim vis est verborum *ἴσθι προστιθείς*, ut ad scientiam Jovis declarent addendam actionem esse, quod erit planius oratione in negationem formata: noli nosse miseras Orestis, quin modum imponas. Jam adhortationi subjicitur *votum* chori hoc ut *ita* fiat optantis. Optans autem chorus illo notissimo utitur *τίς ἂν*, quod flagitat adjunctum optativum *ἴδοι*. Superest: ut verba sequentia recte inter se copulentur: *τίς ἂν ἴδοι βημάτων ὄρεγμα σωζόμενον θυθμόν*, qui est accusativus ex *σωζόμενον* suspensus: utinam gressuum ejus nisum videamus modum servantem sive modicum, malis agitantibus non praecipitatum. Hoc est: utinam Orestes malis praecipis agi desinat. *Βήματα* autem dicuntur *ἀνόμενα τοῦτο* (τὸ) *γάπεδον*, terram hanc emetientia; nam *βήματα*: ἀνεταί τὸ γάπεδον dictum ad

similitudinem? est Homerici ἦνόν· ὀδόν, Od. γ, 496. Jam confecta sententia est: utinam Orestem videamus concinno gradu, non praecipitem actum, per hanc terram ingredientem. Sic autem qui terram gressibus emittitur, is caret periculo ruendi. Quod σωζόμενον et ἀνομέων, pro activis mediā sunt, id satis frequens apud Aeschylum; cf. ἐκσωζομένο Pers. 360; εἰδόμην, ib. 179; χειρουμένη Ch. 694; vide praeterea Herm. ad Suppl. 946; S. Th. 801; Ag. 1055. οὐρανὸν εἰς τὴν γῆν καὶ γῆν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναμειβόμενα κούρην καὶ κούρην 17. Invocatō Jove; ut conservet Orestem, atque adeo superiorem hostibus faciat, in tertia stropha: 800—805. Dii invocantur penates, σύμφορες θεοί, qui sensibus conjuncti sunt inōn inter se tantum; sed cum tota domo-regia, quae in eorum tutela est. Ab his petitur, ut haerentem in domo vetustae caedis labem deleant, nova poena, cujus sanctitate vis ἀλάστορος, qui adhuc maleficia maleficiis ultus est, extincta tandem conquiescat. Verba, quae Hermannus correxit, haec sunt:

οἱ τ' ἔσω δωματίων*)
 πλουτογαθὴ μυχὸν ἐνέξετε
 κλυτε, σύμφορες θεοί.

Hic excidisse versus nobis, Hermanno duobus versiculis post videtur. Pergit poeta:

ἀγετε, τῶν πάλαι πεπραγμένων
 λύσασθ' αἷμα πρόσφατοῖς δίκαις
 γέρον γόνος μηκέτ' ἐν δόμοις τέχοι.

Delet Hermannus πεπραγμένων, quia ex antistrophicis rejicit nonnulla. Nobis haec videntur sanissima: agite veterum malefactorum expiate sanguinem poenis recentibus; vetusta caedes in aedibus jam ne pariat. quod
 *) Engerus recte ἔσωθεν εἰδόμην, nam est ἔσωθεν in libris.

Jam addunt libri v. 806: *τόδε καλῶς κτάμενον*. Verba haec et ad sensum optima et ad sententiam paene necessaria sunt. Significant enim: hoc quod occiditur recte occisum est, sive quae jam patrabitur caedes, recte patrata; nam praeterito, non futuro poeta quum utitur, caedem futuram cogitatione veluti transactam praesumit. Atque ut pridem diximus in comment. de relig. Orest. Aesch. continentibus p. 18, in hac ipsa re, ut pia puraque haec extrema occisio sit, salutis in regia domo spes continetur. Olim enim caedes caedem excipiebat; *γέρον φόνος* usque pariebat, quia nimirum caedes scelus vindicans scelesta ipsa erat et ultionem flagitabat. Nunc autem chorus hac nova sed eadem sanctissima ultione aboleri vult sanguinis olim profusi culpam; hoc si factum erit, fas est optare, ut vetusta caedes parere desinat. *Cur?* haec postrema pia puraque caedes est, *τόδε καλῶς κτάμενον*, quae verba mesodo summa cum gravitate praemittuntur. Contra quam exile, quam otiosum est, quod Bambergerum secuti critici pro *κτάμενον* substituerunt! Scripserunt enim: *τὸ δὲ καλῶς κτάμενον ᾧ μέγα ναίων στόμιον*, mire quidem enervantes ac perimentes sententiam. Quid enim attinet nunc egregiam memorari structuram templi Delphici?

14. Sequuntur haec: *ᾧ μέγα ναίων
στόμιον, εὖ δὸς ἀνιδεῖν δόμον ἀνδρός.*

Haec verba qui sine praepudicata opinione leget, non poterit aliter intelligere quam intellexit Scholiastes, qui *ἀνιδεῖν* interpretatus est *ἀναβλέψαι*: o tu qui magnam habitas speluncam, propitius fac ut oculos erigat domus viri h. e. Agamemnonis. Et accommodatur haec sententia superioribus aptissime. Nam chorus, qui ut purgetur et expietur domus optavit, optare idem potest, ut ea liberata malis attollat oculos, ad id tempus quasi *καταμεμυκότας*. At enim *ἀνιδεῖν* pro *ἀναβλέψαι* inauditum. Exemplis quidem usum hunc demonstrari non posse fateor; ratio non repugnat. *Ἰδεῖν* enim non modo visum (das Sehen) sed etiam obtutum oculorum (den Blick) declarare vel ex illo Homero patet *ἀχρεῖον*

ιδῶν JI. β, 269. Est igitur ἀνιδεῖν idem quod aufblicken *). Quamobrem in tanta sententiae bonitate ac medelae difficultate non ausim damnare scripturam, quae si non exemplis at ratione defenditur. Pergit poeta:

καὶ νῦν ἐλευθερίως
λαμπροῖσιν ἰδεῖν φίλοις
ῥύμασιν ἐκ δνοφερῶς καλύπτρας.

Λαμπροῖσιν pro λαμπρῶς, quod est in libris, Engero debemus, ἐξ post ῥύμασιν cum Hermanno inseruimus. Sed quaeritur, νῦν pronomen sitne referendum ad δόμον an ad ἀνδρός. Mihi φίλια ῥύματα demonstrare Agamemnonem videntur, qui chorus optat ut amico vultu ex sepulcri caliginoso velamine prospiciat. Domo namque ab impotentibus tyrannis liberata etiam Agamemno libertatem et mentis hilaritatem recuperavit et domum suam, Clytaemnestra dominante invisam, nunc demum placidis rursus oculis respicit.

19. Insequentium stropharum tam vitiosa conditio est, ut de certa emendatione nemo non desperaverit. Sed ipsa difficultas corrigendi nescio quid illecebrarum habet et bonis adhibitis aliorum inventis sententia saltem poetae probabiliter expediri potest. Et tertiae quidem anti-strophae tres priores versus 812—814 integri sunt:

ξυλλάβοι δ' ἐνδίως
παῖς ὁ Μαίας ἐπιφορώτατος
πρᾶξιν οὐρίαν θέλων.

h. e. ἐπιφορώτατος ὦν, ὅταν πρᾶξιν οὐρίαν θέλῃ translationem, quae est in ἐπιφορώτατος, a secundo vento petitam esse Hermannus exemplis

*) Comparari potest ἀναφέρειν, ἀνεύκασθαι, recreari se, wieder auf- oder emporbringen, Herod. 3, 22; 1, 86.

demonstravit. Quae sequuntur, sic leguntur in libris: *πολλὰ δ' ἄλλα
φανεί χρηῖζων κρυπτά. Ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων νύκτα πρό τ' ὀμιά-
των σκότον φέρει, καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανεστερος.* Haec verba
per se non sunt obscura; continent enim causam, *cur* Mercurius dicatur
ἐπιφορώτατος, opitulator secundissimus. Scilicet si volet promit obscura,
aperta recondit, tam interdiu quam noctu, quod posterius in hoc oppri-
mendorum tyrannorum conatu longe gravissimum est. At quaeritur qui-
bus ea sint numeris concludenda. In primo versu constituendo caremus
auxilio strophici, sed ab Hermanno mutuamur *ἀμφανεί*; in altero (*κρυπτά*
— *λέγων*) propter illud *ἄγετε*, quod est in strophico, commendatur Engeri
κρυπτάδι; tertium, dummodo in strophico transpositionem admittamus
αἶμα λύσασθε προσγάτοισ δίκαις pro *λύσασθ' αἶμα*, Bambergeri sa-
nasse potest *νύκτα πρόσθ'*; ultimus integer est. Scribimus igitur:

*πολλὰ δ' ἄλλ' ἀμφανεί χρηῖζων,
κρυπτάδι. Ἄσκοπον δ' ἔπος λέγων
νύκτα πρόσθ' ὀμιάτων σκότον φέρει,
καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανεστερος.*

Haec et intelliguntur facile et sententiam habent: poetae consilio aptissi-
mam. Nimirum postremus deorum invocatur Mercurius, cuius in re tali
transigenda praesentissimum auxilium est. Multa enim alia, occulta qui-
dem, patefaciet, si volet; *χρηῖζων* enim idem significat quod in v. 340.
ἄλλ' ἔτ' ἂν ἐκ τῶνδε θεὸς χρηῖζων θείη κελάδους εὐφρογγοτέρους, ne-
que cogitandum de vaticinio. At obscure quum loquitur (nam *ἄσκοπον*
ἔπος vox est quae nequit perspicui), et noctu tenebras obducit oculis et
interdiu nihilo est evidentior, hoc est: tantum affert tenebrarum, ut ad
eas discutiendas diurna solis lux nihil prae nocte habeat praecipui. Jam
quaeritur, quale sit, quod Mercurius dicitur *ἄσκοπον ἔπος λέγειν*. Ver-
rum vidisse arbitror Klausenium. Scilicet deus loqui putandus est, quum
verbis ad fallendum comparatis utitur homo, qui fraudem instituit. Talis
autem vox quod et obscura noctu et interdiu nihilo dicitur evidentior,

ea res offensionis nonnihil habet; tempus enim, quo quidque dicitur, nihil aut ad obscuritatem aut ad evidentiam dictorum valet. At nocturnis tenebris diurnae lucis claritatem quum poeta opposuit, ut significaret nullo non tempore non esse deum obscurissimum, secutus est fortasse locutionem aliquam proverbialem, quasi nos dicamus: ne sol quidem, qui omnia luce complet, hujus dicta potest illuminare. Ceterum *νόμτα* tempus declarare nocturnum et significare *per noctem* planissime patet ex contrapositione *καθ' ἡμέραν*.

20. Jam quae poeta adhuc chororum dicentem facit, breviter repetamus. Sunt autem haec: Jupiter, coeptae rei prosperos successus da et quae justa precor rata esse jube. Precor autem ut custodias ac victorem facias Orestem idque cum tua causa, ut sacrificiorum remuneratione ne careas, tum ipsius gratia, qui viri tibi cari filius est; hujus noli rescisse miseras, quin feras opem. Vos autem dii penates, haerentem in domo sanguinis usque profusi maculam sancta puraque caede eluite. Exin, Apollo, cujus mandatu caedes peragitur, fac ut allevet oculos misera domus atque eam amice rursus ex sepulcro respiciat pristinus dominus Agamemno. Dolos autem, sine quibus haec perfici nequeunt, tu suppedita, Mercuri, cui et patefaciendi et dissimulandi summa vis et facultas est.

Ita prima carminis pars continetur precibus; quae si exaudiantur quid inde continuo futurum sit, enunciat strophæ quarta, 819—826. Hujus scriptura in libris haec est:

καὶ τότε δὴ πλοῦτον
 δωμάτων λυτήριον,
 θῆλυν οὐροιστάταν,
 ἰοῦ μου ποικτὸν γοήτων νόμον μεθήσομεν.

Proficiscor a νόμον μεθήσομεν. Dictum hoc ut apud Herodot. 6, 29

μεθιέναι γλῶσσαν Περσίδα; est igitur cantum mittere sive edere modulatum. Qui cantus quum sit ob recuperatam salutem laetantium, in γοήτων nihil inesse potest, quod planctum significet. Hoc igitur dictum putamus a γόης, praestigiator. Quos homines quum credibile sit artificii suis adhibuisse sonoros cymbalorum tympanorumque strepitus, sicuti consimile genus τῶν μητραγυρῶν, qui apud Athen. XII. p. 541 e dicuntur τυμπανοφορεῖσθαι, videtur γοήτων νόμος hoc loco translate dici cantus immodico quodam et exaggerato sonitu perstrepens. Sed idem νόμος appellatur δημοῦ κρεκτός; et δημοῦ quidem neque a libris tutum et inconcinnum numeris est; requiritur enim creticus. Atqui quum κρέκειν dicatur in pulsandis instrumentis musicis, ad fanaticum autem cantum, qualis γοήτων est νόμος, congruens sit ὄργανον ἐνθουσιαστικόν, sit autem ex hoc ipso genere ῥόμβος, ut patet ex Apoll. Rh. 1, 1139. ἐνθεν ἐς αἰεὶ ῥόμβω καὶ τυπάνῳ Πέλην Φρύγες ἰλάσκονται, ingeniosissime Ahrensium arbitror conjecisse ῥομβόκρεκτον· est enim ῥομβόκρεκτος νόμος proprie is, qui rhombo pulsato efficitur. Quamquam certa veritas ne hujus quidem conjecturae est. Contra manifesta fides librorum est in οὐριοστάταν· nam quidni νόμος ille dicatur, ut Scholiastes ait, οὐρίως σταθεῖς, secundis rebus constitutus, hoc est secundo quasi vento spirante? Modo legimus πρᾶξιν οὐρίαν. Reliqua cantus attributa sunt θήλυς, δωμάτων λυτήριος. Hoc non sic accipiendum, quasi cantus domum liberet, sed cantus significatur ad domus liberationem pertinens, das Befreiungslied des Hauses; nisi vero praestat cum aliis scribere δειμάτων. His positis ne in πλοῦτον quidem dubitamus quin lateat adjectivum, sed quod, nemo pro certo asseveraverit. Maxime mihi placet Bambergeri κλυτόν· ceterae conjecturae aut inanes ad sententiam aut longe arcessitae videntur. Scribimus igitur non sine aliqua probabilitate:

καὶ τότ' ἤδη κλυτόν,

δειμάτων λυτήριον,

θήλυν, οὐριοστάταν,

ῥομβόκρεκτον γοήτων νόμον μεθήσομεν.

Ita se exsultaturum professus chorus addit causas exsultandi, futuram civitati salutem, suum auctum commodum, amicorum quorum partibus favet, a malis liberationem. Verba librorum: πόλει τὰδ' εὖ ξυὸν ξυὸν κέρδος ἀέξεται τόδε, ἄτα δ' ἀποστατεῖ φίλων sunt illa quidem ad intellectum facillima, sed eadem difficillime rediguntur in numeros eos, quos requirit antistropha. Hujus versus ii, quibuscum concinere strophicos necessarium est, hi sunt:

χάριτας δογᾶς λυπρᾶς, ἐνδοθεν φοινίαν ἄταν τιθείς,
τὸν αἴτιον δ' ἐξαπολλυς μύρου,

in quorum metro praeter ἄταν nihil est vitiosum. Quod ad metrum si strophicos exigimus apparet primum, strophicum πόλει τὰδ' εὖ nihil in antistropha habere cui respondeat. Excidit igitur in antistropha dipodia jambica, quod inde factum videtur quod qui integer est in stropha versiculus proxime superior (822), 'is' in antistropha extrema sui parte truncatus (834) etiam sequentem illam dipodiam hausit. Sed quae jam subjiciuntur ξυὸν ξυὸν κέρδος κ. τ. λ. et χάριτας δογᾶς κ. τ. λ., ea respondere inter se arguit ille, unde utraque incipiunt, paeon quartus. Hunc paeonem in antistropha duo sequuntur cretici et dimeter trochaicus catalecticus. Eosdem numeros recuperabit etiam stropha, si pro ἀέξεται cum Hermanno scribemus αὔξει, cujus verbi *intransitive* quidem usurpati locum occupavit ἀέξεται pro glossa adscriptum. Habemus igitur:

πόλει τὰδ' εὖ,

ξυὸν ξυὸν κέρδος αὔξει τόδε, ἄτα δ' ἀποστατεῖ φίλων.

Ultimus strophicus excidit. Eorum quae manserunt sententia haec est: civitati haec prospere eveniunt, meum, meum hoc gliscit lucrum, miseria autem ab amicis recedit. Asyndeton inter duo membra priora non abhorret ab gesticenti laetitia chori, qui quod dicit ξυὸν κέρδος αὔξει τόδε, notissima utitur brevilloquentia: pro τόδε τὸ κέρδος αὔξει ξυὸν κέρδος. Pro ἄτα δ' nescio an rectius scribatur. ἄτα κ.

21. Deorum invocationem secuta est laetitiae spe praesumptae significatio, hanc sequitur in antistropha altera (827.—830) adhortatio chori stimulantis Orestem, ut poenam sceleratorum, unde tanta omnibus bona redundent, fortiter fidenterque exsequatur. *) Sed onerari stropham hanc pondere verborum perperam a librariis iteratorum pridem intellectum est. In hanc sententiam quae disputata sunt repetere quum inutile sit, nihil aliud quam ascisco scripturam Bambergeri, qui ipse Seidlerum et in extremo versiculo sanando Blomfieldium secutus est. *Θροουμένα* pro *Θροουσα* debemus Engero; cf. antistrophicum. 792.

*σὺ δὲ θεῶων, ὅταν ἦκη μέρος ἔργων,
ἐπαύσας πατρός ἀυδάν
Θροουμένα τέκνον
πέραν' οὐκ ἐπίμορον ἄταν,*

quorum verborum hic videtur esse sensus: tu vero fidens, quando venerit officium agendi, patris illi vocem acclamans, ubi te filii nomine compellabit, perfice ultionem probro carentem. Patris vox ea est, qua si Orestis loco foret usus pater esset; est igitur: exclamanti Clytaemnestrae *fili* regerito *interfectorix* mariti. *Ἄτην* autem Aeschilo pro poena dictam habes in hac ipsa fabula v. 383, ubi Jupiter scelestis hominibus mittit *ὑστερόποιον ἄτην*: plura dedi in comm. de religg. Orestiae p. 11. Nimirum. *ἄτης* prima significatio est infortunii; sed infortunium, quo quis plectitur, saepe poenae vim aut ultionis habet. Ultio autem Oresti peragenda non, sicuti priores per gentem grassantes ultiones, conjuncta scelere est, sed de chori quidem sententia expers sceleris ac propterea *οὐκ ἐπίμορος*. Vidit hoc Blomfieldius.

*) Est enim descriptio carminis tripartita: Dii prosperate victoriam; inde recuperatae salutis ingens redundabit laetitia; ergo fortiter, Orestes, rem perfice. Ordo stropharum et antistropharum integer est.

Pervenimus ad quartam antistropham, in qua carmen desinit (831—837). In qua, si recte stropham descripsimus, intercepta pars est versiculi quarti et quintus totus; in quo fuit, nisi fallor, verbum finitum, unde pendebat accusativus *χάριτας*. Nos receptis aliorum emendationibus et una nostra, hanc extremam carminis partem sic scribimus:

Περσέως τ' ἐν φρεσὶν
καρδίαν ἀνασχεθῶν,
τοῖς θ' ὑπὸ χθονὸς φίλοις
τοῖς τ' ἄνωθεν προπορέσων Ὀ-Ὀ-Ὀ-
Ὀ-Ὀ-
χάριτας δογᾶς λυπρᾶς, ἐνδοθεν φοινίαν [ἄταν] τιθεῖς
τὸν αἴτιον δ' ἐξαπολλύς μόρου.

In hujus antistrophae versu altero pro eo quod in libris est *καρδίαν σχέθων* explendorum numerorum causa scripsimus *ἀνασχεθῶν*, Persei erigens in praecordiis animum sive robur. Eadem structura est apud Apoll. Rhod. 4, 696: *οὐδ' δέ ποτ' ὄσσε ἰθὺς ἐνὶ βλεφάροισιν ἀνέσχεθον*. Quod autem de oculis dicitur, quidni transferatur ad animum, quum praesertim Latini quoque erigere animum dixerint. *) Jam qui deest imperativus verbi finiti, fuit significationis cognatae cum participio *προπορέσων*, ad quod accusativus *χάριτας* non minus pertinet quam ad illum, quem cogitatione addimus; imperativum. Est igitur sententia verborum haec: Persei erigens in praecordiis animum, amicis, quique subter terram quique supra sunt, perfice (confice) munera tristis irae, cruentam intus (ultionem) peragens, auctorem autem caedis interimens. — Munera tristis irae quae suis afferre jubetur Orestes, intelligo necem matris et Aegisthi, qui idem dicitur *αἴτιος μόρου* Agamemnonis. Ceterum ob interceptos versus superiores incertus est accusativus *χάριτας*; dubia itidem propter parum accuratam responsionem, non ob significationem, vox

*) Cf. Eum. 522. *ἐν δέει* (pro *φάει* vulgatae) *καρδίαν ἀνατρέφειν*.

ἄταν, pro qua primae brevis vocabulum substituerunt Hermannus ab ipso confictum ἄγαν (sacrificium, ut ait ad Agam. 704), Emperius, πάλαν, Engerus σφαγάν" possis. etiam μάχων, quae vox huic designando certamini poetae paene sollemnis est; cf. Ch. 399, 874, 946, 947.

22. Corruptissime leguntur strophæ et antistrophæ altera stasimi postremi inde a versu 952. Et strophæ quidem exciderunt versus tres priores; sine indicio lacunæ sequuntur in libris hæc: *τάπερ ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσιος, μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς ἐπ' ὄχθει ἄξεν ἀδόλως δολίας* (vel *δολίαν*) *βλαπτομένην ἐν χρόνοις θείσαν ἐποιχεται*. Videamus ex his quid possit extricari. Coniungimus verba sic: *ὁ Λοξίας ἐποιχεται θείσαν* ad hoc autem participium requirimus objectum; latet hoc in *ἄξεν ἀδόλως*, quod olim fuit *ἄξεν ἀδόλως*: nam *ἄξεν ἀδόλως* ἔθνηκεν, inhospitalia dolose fecit Clytaemnestra, quum reducem maritum epulis exceptum interfecit, ὡς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτῃ. Jam *δολίας* illud, quod subjicitur voci *ἀ-δόλως*, ex dittographia, vel, si scriptum est *δολίαν*, ex glossa natum arbitror. Sed eandem mulierem dicit poeta *βλαπτομένην ἐν χρόνοις*. Omitte hoc *ἐν*, ante *δόλως* insere necessarium discriminandis participiis articulum *τὴν*: tres bonos habebis dochmios continuos, optimam sententiam: *ὁ Λοξίας — ἄξεν τὴν δόλως βλαπτομένην χρόνοις θείσαν ἐποιχεται*, h. e. *Loxias ἐποιχεται τὴν δόλως ἄξεν θείσαν, βλαπτομένην χρόνοις* (i. q. *χρόνω*); Apollo mulierem aggreditur eam, quae dolose fecit inhospitalia ita, ut ex dolis tandem aliquando noxam capiat. *Τάπερ* autem, ut sæpe tales accusativi, cf. Pers. 114, significat quapropter. Reliqua est, ut sanus sit locus, emendatio verborum *ἐπ' ὄχθει*, pro quo gratus amplector quod Schützius reperit *ὄμφαλῶ* cf. Eum. 40. 166. Hoc enim recepto integros habemus quatuor versus dochmiacos:

*τάπερ ὁ Λοξίας ὁ Παρνάσιος,
μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς ἐπ' ὄμφαλῶ,*

ἄξενά τήν δόλοισ βλαπτομένην χρόνοισ θεῖσαν ἐποίχεται. *)

Sequuntur in libris haec: κρατεῖται πῶς (sic Med.) τὸ θεῖον παρά τὸ μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς, unde tres rursus dochmios effingimus, quorum duobus versum supra abruptum explemus; nam ita faciendum docet brevis ultima in παρά et vocabulum antistrophicum alioquin frangendum (εὐ-προσώ.— πρ ν. 969).

— 30 — 30 — . Κρατεῖται τέ πῶς τὸ θεῖον παρά
μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς.

Κρατεῖται passivum est: obtinetur, scilicet ea sententia, -ea lex, quam demonstrant sequentia. Τέ propter syllabae antecedentis pronunciationem facillime excidit. Τὸ θεῖον παρά est contra numen divinum, hujus laesa voluntate. Κακοῖς autem ὑπουργεῖν est pravis rebus operam navare vel potius inservire. In una synizesi μὴ ὑπουργεῖν claudicat haec scriptura, fateor. Neque confugiam ad Soph. Fr. Acris. 64 (Wagn.), ubi Brunckius et Seidlerus scripserunt ἢ ὑλακτῶ μάτην: hoc enim pridem explosum. At vix graeca vox est, quae facilius quam particula μὴ cum sequenti vocali vel diphthongo coalescat pronunciatione. Deinde quas scimus aures tulisse crasin μηῦρω (Ar. Ran. 169), ab iis cur repudiatam judicemus synizesin μὴ ὑπουργεῖν? Scio quid intersit, sed pauxillum hoc est. Quamquam facile cedo meliora danti, modo ne poetae corrumpatur sententia.

Quum autem dicit chorus, poenam dum scelesti luant obtineri legem,

*) Βλαπτομένην arctissime junge cum θεῖσαν, δόλοισ ἄξενά ἐθῆκε βλαπτομένην χρόνοισ, nisi vero praestat scribere χρόνω et nata pluralis terminatio est ex δόλοισ. — Scio verba supra posita sic posse copulari: ὁ Λοξίας ἐποίχεται τήν δόλοισ βλαπτομένην χρόνοισ, θεῖσαν ἄξενά. Cur praetulerim copulationem alteram, peritos non fugiet.

ne quis contra divinum numen pravitatibus inserviat, nihil is aliud quam celeberrimam inter Graecos sententiam enunciat, in poena maleficorum non tantum talionis, sed etiam absterrendi vim versari; quoties enim poenam dat aliquis, toties peccare vetans lex sancitur; cf. theol. meam posthom. p. 343 sqq.

Quae sequuntur ἄξιον δ' οὐρανῶχον ἀρχὰν σέβειν malo δὲ ejecto corrigere, quam cum Hermanno scribere ἄξια δ'. Clausula est: πάρα τὸ γῶς ἰδεῖν. Totam igitur stropham β sic descriptam exhibemus:

υυυ-υ- υυυ-υ-

υυυ-υ- υυυ-υ-

υ-υ- υ-υ-

5. μέγαν ἔχων μυχὸν χθονὸς ἐπὶ θυγαλῶ, ἄξια τὴν δόλοισ βλαπτομένην χρόνοις θεῖσαν ἐποίχεται. Κρατεῖται τέ πως τὸ θεῖον πάρα μὴ ὑπουργεῖν κακοῖς.

10. πάρα τὸ γῶς ἰδεῖν.

Antistrophae tres versus priores emendate scribuntur sic:

Μέγα τ' ἀφηρέθη ψάλιον οἰκετῶν.
 ἄναγε μάν, δόμοι πολλὴν ἄγαν χρόνον.
 χαμαιπετεῖς ἐκείσθ' ἀέλ.

hoc est: magnumque demtum est capistrum familiae; sursum vero, domus; nimium diu humi prostrata jacebas. — Singularum emendationum auctores vide apud Hermannum. De ἄναγε, qui imperativus extincta verbali vi abiit in particulam cf. annot. meas ad Iliad. p. 281; μάν est vero; cf. Il. α, 302. ἄγε μὴν η; 459. ἄγρει μάν.

23. Quae sequuntur scripta sunt in libris hunc in modum: τάχα

δὲ παντελῆς χρόνος ἀμείψεται πρόθυρα δωμάτων, ὅταν ἀφ' ἑστίας
(ἀμφ' Med.) μῦσος πᾶν ἐλάση καθαρμοῖς ἅπαν ἐλατήριον. *) Incipiamus a protasi, cujus subjectum diu ignoratum et sententiam obscuravit et recte emendandi viam praeclusit. Est autem subjectum quod quaerimus ἅπαν ἐλατήριον, omne piaculum vel omne genus piaculi, proprie: quidquid ad exigendum idoneum est. Consimile σωτήριον est in Eum. 701 et λυτήριον apud Soph. Trach. 545. (554). Hoc igitur dicit poeta: quando piaculum omne omnem labem a foco lustrationibus amoverit. — Hoc autem ubi factum erit, quid jam futurum est? Expiatae purgataeque ubi aedes erunt, neque χρόνος neque χορός, sed ejectus exterminatusque φόρος per aedium vestibulum egredietur: γέρον φόρος οὐ μηκέτ' ἐν δόμοις τέξεται. cf. supra v. 805. Atque emigrabit παντελής, nullo relicto semine, unde nova possit germinare caedes. Haec autem conjectura mea nisi semet ipsa tuebitur, vanum fuerit adsciscere argumenta. Reliquum est, ut persanatus sit locus, restituere numeros. Ad quorum integritatem, ut ex verbis emendatis tot quot stropha desiderat efficiantur legitime inter se respondententes dochmii, μῦσος πᾶν ἐλάση transpositione corrigimus et unam longam requirimus ante ἐλατήριον, in qua tamen inserenda, quum certi nihil habeamus, hariolari nolumus.

τύχα δὲ παντελῆς φόρος ἀμείψεται
5. πρόθυρα δωμάτων, ὅταν ἀφ' ἑστίας
πᾶν ἐλάση μῦσος καθαρμοῖς ἅπαν
— ἐλατήριον.

Postrema libri sic exhibent: τύχα δ' εὐπροσώπωνιζοῖται τὸ πᾶν ἰδεῖν
ἀνοῦσαι θροομένοις μετοικοδόμων πεσοῦνται πάλιν· παρὰ τὸ φῶς ἰδεῖν.
Ante omnia ad πεσοῦνται quaerendum subjectum est; datur hoc in τύχα,

*) Improbo, quae scripta sunt in Mus. Rh. N. F. 10, 4 p. 525, nec magis probro quae leguntur de toto carmine in Annal. Zimm. IX p. 674 sqq. 1842. Horum quidem versuum structuram perspexit Jonghius.

pro qua reponimus *τύχαι* nam neque librorum aliena sunt vestigia (fuit enim iota in G.) et rectissime Scholiastes cetera falsus *τοῦτο δέ*, inquit, *ἀπὸ τῶν κύβων μετήγαγεν*: Hermannus subjectum, quo opus est, repetit ex *μετοικοδόμων*, scribens *μετοικοί*: At illud *μετοικο* scribendum est *μετοίκους*, aut *θροισμένοις* non habet quo referatur. Jam Hermanno auctore hoc ipsum participium scribimus *θροισμένοις* et *ἀκούσαι* metro cogente debemus; neque enim aut necessarium est, aut causa, cur additum sit, obscura. Inde nascitur haec scriptura ad sensum optima:

- - - - - Τύχαι δ' εὐπρόσωπῳ κοίτῃ τὸ πᾶν
 ἰδεῖν θροισμένοις
 μετοίκους δόμων πέσονται πάλιν.
 10. πάρα τὸ φῶς ἰδεῖν.

Hoc est: res autem habitatoribus aedium omnia se mala vidisse dicentibus vicissim ita cadent, ut earum, quasi tesserarum, situs speciem habeat jucundam. *Μετοίκους δόμων* intelligo prae ceteris Orestem, qui mutata sede domum rediit; is cum suis vere potest dicere omnia se vidisse sive universitatem quandam malorum perpassum esse. Huic in paternam sedem restituto fortunae quasi tesserae ita cadent prospere, ut earum situs (*κοίτη*) sit *εὐπρόσωπος* sive grata ad adspectum specie.

Descriptio denique carminis his paucis conficitur et evidentissimo nexu copulatis sententiis: tandem venit ultio, venit ultor, cujus caedem perpetrantis manum rexit *) Justitia, mala maleficis rependens. Quapropter Apollo Clytaemnestram nunc ipsam aggreditur, cujus poenâ peccare vetans lex divina sancitur. Inde libertas redditur aedibus, et quibus omni lustratione expiatis emigrabit caedes, immigrabunt autem, quibus omnem se miseriam perpassos dicentibus nova rursus lux oborietur.

*) Caedes enim, quae nunc cum maxime peragitur, jam peracta cogitatur.



ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Abhandlungen der Bayerischen Akademie der Wissenschaften - Philosophisch-philologische Classe = I. Classe](#)

Jahr/Year: 1856-1858

Band/Volume: [8-1856](#)

Autor(en)/Author(s): Nägelsbach Carl Friedrich von

Artikel/Article: [Emendationes et explicationes Aeschyleas 457-500](#)